

Melanchthon | Über die Leiden der Lehrer

Philipp Melanchthon
De miseriis paedagogorum
Über die Leiden der Lehrer

Lateinisch/Deutsch

Übersetzt, kommentiert und herausgegeben
von Carolin Ritter

Reclam

RECLAMS UNIVERSAL-BIBLIOTHEK Nr. 14453

2015, 2023 Philipp Reclam jun. Verlag GmbH,

Siemensstraße 32, 71254 Ditzingen

Bibliographisch ergänzte Ausgabe

Umschlagabbildung: © Carolin Ritter / Sieglinde Ziegler

Gestaltung: Cornelia Feyll, Friedrich Forssman

Druck und Bindung: EsserDruck Solutions GmbH,

Untere Sonnenstraße 5, 84030 Ergolding

Printed in Germany 2023

RECLAM, UNIVERSAL-BIBLIOTHEK und

RECLAMS UNIVERSAL-BIBLIOTHEK sind eingetragene Marken
der Philipp Reclam jun. GmbH & Co. KG, Stuttgart

ISBN 978-3-15-014453-4

www.reclam.de

De miseriis paedagogorum
Über die Leiden der Lehrer

(CR 11,121) In Aesopi apologis queritur apud Iovem asinus de suis aerumnis cottidianis se operis confici et enecari: sed est querela paedagogorum de suis miseriis iustior profecto, si res ad calculos revocetur, quam asini. Quis enim ullo in pistrino asinus tantum mali pertulit, quantum mediocris paedagogus in uno atque altero docendo tum laboris exhaustum molestiae perpetitur? 5

Quo in genere vitae quia mihi aliquamdiu versari contigit et experiri, quam sit calamitosum, libuit in praesentia de paedagogorum miseriis dicere et communia mala nostri ordinis deplorare. Est enim quaedam in malis voluptas libere conquiri, sicut Ovidius ait, cum scripsit: 10

»Expletur lacrimis egeriturque dolor.«

Proinde cum alios aequis animis de alienis negotiis dicentes audiatis, et mihi quaeso meam agenti fabulam verumque dolorem repraesentanti operam date. Et si ille apud Terentium, cum dicit hominem se esse, nihil humani alienum a se esse, recte iudicavit humanum esse alterius miseria affici, debetis profecto et vos vice mea commoveri et querelam 15

(CR 11,121) In den Fabeln des Aesop klagt ein Esel vor Jupiter über seine Mühsal¹: Er werde durch die tägliche Arbeit aufgerieben und beinahe zu Tode gequält. Doch die Klage der Lehrer über ihr Leid ist tatsächlich berechtigter als die des Esels, wenn man den Sachverhalt genau abwägt.² Welcher Esel nämlich hat jemals in einer Stampfmühle³ so viel Übel ertragen, wie ein durchschnittlicher Pädagoge im Laufe des Unterrichts bald an Strapazen ausstehen, bald an Ärger erdulden muss?

Weil es mir zugefallen ist, mich schon ziemlich lange in diesem Lebensbereich aufzuhalten und zu erfahren, wie erbärmlich er ist, habe ich beschlossen, hier und jetzt über die Leiden der Lehrer zu sprechen und die allgemeinen Missstände unseres Standes zu beklagen. Es macht nämlich ein gewisses Vergnügen, im Unglück freimütig zu klagen, wie Ovid sagt, wenn er schreibt:

»Der Schmerz wird durch Tränen gestillt und vertrieben.«⁴

Da ihr also andere mit Gleichmut über die Angelegenheiten fremder Leute reden hört, so schenkt bitte auch mir eure Aufmerksamkeit, wenn ich meine eigene Geschichte erzähle⁵ und euch tatsächliches Leid vor Augen führe. Und wenn jener Charakter des Terenz richtig urteilt, wenn er sagt, er sei Mensch, nichts Menschliches sei ihm fremd,⁶ nämlich, dass es menschlich sei, von dem Unglück eines anderen betroffen zu werden, müsst auch ihr euch zweifelsohne von meinem Los rühren lassen, meiner Klage ge-

meam patienter audire mihi que veniam dare, sicubi diutius iusto in commemorandis malis nostris commorari videbor. Nam ubi dolet, aiunt, ibi manum quisque habet. Ego cum per inopiam ingenii sentirem me nil huc afferre posse, quod magnopere delectaret, et me cottidianae vitae consuetudo huius argumenti admoneret, gessi scilicet meo dolori morem et hanc materiam sumpsi pro virili tractandam. Ex qua equidem non ingenii laudem, sed in hac carnificina quaedam curarum solacia captabam, plane mihi requies, non fama petita est. Nec me sinebant haec mala diligentius elaboratam orationem huc afferre. Sed dum dolori obsequor, sine ordine incondita pleraque effudi, idque condonabitis, opinor, mihi facile, si qua miseratio mei tanget. Neque enim vacabat animo sic occupato verborum habere (122) accuratorem delectum.

Sed exordiar aliquando causam, quam animus meminisse horret luctuque refugit, et querar apud vos de condicione paedagogorum, quo genere hominum nulli mihi ne quidem in ergastulis videntur infeliciores.

Primum enim cum traditur paedagogo puer docendus et ad humanitatem ac virtutem informandus, videte quaeso, quam duram provinciam plenamque miserrimi laboris ac

duldig zuhören und mir gegenüber Nachsicht zeigen, wenn ich irgendwo länger, als es angebracht ist, in der Darlegung unseres Unglücks zu verweilen scheine. Denn wo es schmerzt, so sagt man, da hat jeder seine Hand.⁷ Weil ich merkte, dass ich aus Mangel an Begabung hier nichts beitragen kann, was von ganzer Seele erfreut, und die Gewohnheit des alltäglichen Lebens mich auf dieses Thema aufmerksam machte, habe ich meinem Schmerz nachgegeben und dieses Thema gewählt, um es nach Kräften zu behandeln. Daraus erstrebte ich für meinen Teil nicht den Lobpreis meiner Begabung, sondern einen gewissen Trost meiner Sorgen in dieser Marter. Ich habe es durchaus auf Ruhe abgesehen, nicht auf Ruhm. Und nicht erlaubte mir mein Elend, hier eine sorgfältiger ausgefeilte Rede vorzutragen. Aber während ich mich dem Schmerz hingab, habe ich das meiste kunstlos und ohne Ordnung aus mir herausströmen lassen. Ich vermute, ihr werdet mir dies ohne weiteres nachsehen, wenn euch überhaupt irgendein Mitleid für mich berührt. Denn es war einem derart eingenommenen Geist nicht vergönnt, (122) eine sorgsamere Auswahl an Worten zu treffen.

Doch endlich will ich einmal mit dem Thema beginnen – mein Herz schreckt davor zurück, sich daran zu erinnern, und flüchtet davor voll Gram⁸ – und über das Los der Lehrer vor euch klagen. Als diese Art von Menschen erscheinen mir keine, nicht einmal die in Zuchthäusern, unglücklicher.

Denn seht doch, welch beschwerlichen Dienst voll elendster Mühe und Gefahren der Lehrer auf sich nimmt, wenn der Junge ihm zuerst anvertraut wird, um unterrichtet und zu wahrer Menschlichkeit und Tugend befähigt zu

periculatorum capiat. Non ante matura aetas pueri videtur, ut mittatur in ludum litterarium, quam cum domestica indulgentia corruptus est et vitia tum intellegit tum degustavit; is non modo nullum amorem litterarum aut admirationem, sed acerrimum erga illas odium, contemptum praeceptorum, turpissima exempla domo affert. Cum eiusmodi monstro praeceptori decertandum est. Si doceas, peregrinatur animus pueri, et ut optime succedat, sescenties idem inculcandum est, dum illi invito haereat in animo: cum paululum modo despexeris, rursus ex animo illa omnia 10
totiens decantata puero effluunt. Si reddere cogas, quae didicit, tum vero videas plane ludibrio haberi praeceptorem. Nam puero, ut est contumacia, voluptas est admisisse aliquid, quod urat et exerceat praeceptorem. Si quis cogatur docere camelum saltare aut asinum fidibus ludere, nonne 15
illum egregie miserum dicas, qui frustra maximum laborem sumat? At id tolerabilius est quam nostros pueros docere. Nam ut nihil promoveas in camelo aut asino exercendo, certe illi nulla iniuria cumulant molestiam. At isti belli pueri cum strenue defatigarunt nos, quam sunt insuper in 20

werden.⁹ Nicht eher scheint das Alter des Jungen reif genug, dass er in die Elementarschule¹⁰ geschickt werden kann, als wenn er durch häusliche Nachgiebigkeit verdorben ist und Laster bald versteht, bald selbst gekostet hat. Dieser Bengel bringt von zu Hause nicht nur keine Leidenschaft oder Bewunderung für die Studien mit, sondern den stärksten Widerwillen gegen jene, Verachtung gegenüber den Lehrern und höchst unanständige Vorbilder. Mit einem Scheusal dieser Art muss der Lehrer kämpfen. Wenn man unterrichtet, schweift der Geist des Knaben ab, und im besten Fall muss dasselbe sechshundertmal eingetrichtert werden, solange bis es jenem gegen seinen Willen im Gedächtnis haften bleibt. Und wenn man den Blick nur ein klein wenig abgewendet hat, entgleitet all jenes, was man dem Jungen so oft vorgebetet hat, seinem Gedächtnis wieder. Wenn man den Schüler zwingt, das Gelernte wiederzugeben, dann kann man wirklich sehen, wie der Lehrer ganz und gar zum Gespött gemacht wird. Denn eigensinnig, wie er ist, bereitet es dem Jungen Vergnügen, etwas anzuzetteln, das den Lehrer zur Weißglut treibt und ihn nicht zur Ruhe kommen lässt. Wäre jemand gezwungen, einem Kamel das Tanzen¹¹ beizubringen oder einem Esel das Lyraspiel,¹² würdest du jenen etwa nicht überaus bemitleidenswert nennen, da er vergeblich eine so ungeheuer große Mühe auf sich nimmt? Aber all das ist erträglicher als unsere Jungen zu unterrichten. Denn wenn du auch beim Üben mit Kamel oder Esel keine Fortschritte erzielen magst, so treiben jene gewiss nicht durch irgendwelche Unverfrorenheiten deinen Ärger auf die Spitze. Aber wenn diese allerliebsten Knaben uns kräftig erschöpft haben, wie niederträchtig sind sie uns gegenüber obendrein noch? Du

nos contumeliosi? Invenias, qui palam ausit convicium fa-
cere praeceptori et manus auriculas imitatur mobilis albas.
Et eiusmodi mores domo ad praeceptores afferrunt, nihilo
reverentius antea parentes tractaverunt, quam nunc magi- 5
stros tractent. Et paulatim vertit in naturam mala consue-
tudo, ut corrigi et emendari haec vitia numquam possint.
Quid est, si non haec est miseria, perpetuis curis ac labore
in docendo frustra consumi et enecari? Deinde pro tuis
meritis etiam ludos deliciasque et quidem puero fieri?
Pingunt apud inferos Sisyphum immane saxum in adver- 10
sum montem volvere, quod tamen e summo iam vertice
rursum labitur et plani raptim petit aequora campi, signifi-
carique scribunt eo commento irrita labore multos mortales
confici. Mihi multo clarius repraesentari videretur in- 15
anis opera, si pingeretur ibi (123) paedagogus cum eiusmodi
puero, qualem paulo ante descripsimus. Quanto enim
maius negotium est paedagogo quam Sisypho? Nec tamen
maius operae pretium fit. Illius in versando saxo simplex
labor est, et cura vacat, paedagogi vide mihi quam multi-
plex negotium sit. Numquam nisi coactus a praeceptore 20
puer librum in manus sumit: ubi acceperit, oculi atque ani-
mus expatiantur. Ibi tamquam calcaria addenda, quae ad-
moneant officii. Enarrat aliquid praeceptor, iam illi delicato

magst einen finden, der es unverhohlen gewagt hat, seinen Lehrer zu beschimpfen. Und seine Hand ahmt flink weiße Eselsohren nach.¹³ Und derartig schlechtes Betragen gelangt von zu Hause zu den Lehrern. Ebenso wenig respektvoll, wie sie nun ihren Lehrern gegenüber treten, haben sie zuvor ihre Eltern behandelt. Und allmählich wird die schlechte Angewohnheit zur Charaktereigenschaft, so dass diese Fehler niemals mehr korrigiert und ausgemerzt werden können. Was ist dies anderes als Elend, beim Unterrichten von beständiger Sorge und Mühe verzehrt und zu Tode erschöpft zu werden, ohne einen Erfolg zu sehen? Und dann auch noch zum Dank zum Gespött von Knaben zu werden? Man stellt auf Gemälden dar, wie Sisyphus in der Unterwelt den riesigen Stein den Berg hinaufwältzt, der dennoch sogleich wieder vom höchsten Gipfel hinunterrollt und blitzschnell auf die Ebene des flachen Feldes zurückläuft,¹⁴ und schreibt diesem Mythos die Bedeutung zu, dass viele Sterbliche sich durch vergebliche Mühe aufreiben. Ich glaube, diese nichtige Tätigkeit würde um vieles deutlicher veranschaulicht, wenn dort ein (123) Lehrer mit einem Bengel der Art gemalt würde, wie ich ihn vorhin beschrieben habe. Wie viel größer nämlich ist die Aufgabe des Lehrers als die des Sisyphus? Und trotzdem gibt es nicht mehr Lohn für seine Mühe! Jener hat bloß die Mühe, den Stein zu wälzen, und leidet dabei keine Sorge. Bedenke dagegen, wie mannigfaltig die Aufgaben des Lehrers sind! Nur wenn der Junge von seinem Lehrmeister dazu gedrängt wird, nimmt er ein Buch zur Hand: Sobald er es an sich genommen hat, schweiften seine Augen und sein Geist ab. Da muss man gleichsam die Sporen geben, um an die Pflicht zu erinnern. Der Lehrer erklärt irgendetwas, in dem

somnus obrepit, et securus in utramque aurem dormit, dum se paedagogus dicendo rumpit. Novum ibi negotium fit paedagogo expergefaciendi discipuli. Dictata repetuntur, experrectus adulescens iubetur adicere animum ad ea, quae traduntur, verum non est cura Hippoclidis, foris est animus tamquam in alio mundo, in ganeis, in alea, in perniciosi sodalicij ludis. Tantum abest, ut meminisse aliquid studeat, ut eam legem, quae de conviviis exstabat apud Graecos, μισῶ μνάμονα συμπότην, ipse de scholis latam putet et incisam non in aes, sed insculptam animo circumferat μισῶ μνάμονα μαθητήν. Itaque si postridie dictata reposcas, quia perfluxerunt aures omnia, nil tenet.

Ibi magistro redit labor actus in orbem. Orditur pristinam cantilenam nec semel repetit, donec isti trunco unum atque alterum verbum infligatur. Quis est tam cornea fibra, qui non stomachetur tantum operae se perdere, praesertim cum interea et valetudinis iactura facienda sit? Nam atteruntur et labefiunt corporis vires non modo dicendi labore, sed etiam cura doloreque animi, quem, quia non respondent nostrae diligentiae studia puerorum, indignitas rei pa-

Augenblick beschleicht jenen verzogenen Knaben der Schlaf, und unbekümmert schläft er auf dem einen oder anderen Ohr,¹⁵ während der Lehrer sich beim Reden abrackert. Da ergibt sich für den Lehrer die neue Aufgabe, den Schüler aufzuwecken. Das Diktierte wird wiederholt, und der soeben erwachte Jüngling soll seine Aufmerksamkeit auf das richten, was gerade vorgetragen wird. Aber Hippoclidus sorgt sich nicht,¹⁶ der Geist ist draußen gleichsam in einer anderen Welt – in den Wirtshäusern, beim Würfelspiel, bei den Spielen in schlechter Gesellschaft. Er ist so weit davon entfernt, sich darum zu bemühen, etwas in Erinnerung zu behalten, dass er selbst glaubt, die Vorschrift, die es bei den Griechen über Symposien gab – »Ich hasse den Zechbruder, der sich erinnert«¹⁷ –, sei auch für die Schule erlassen, und den Spruch »Ich hasse den Schüler, der sich erinnert«, nicht in Erz geritzt, sondern in seinen Geist eingegraben mit sich herumträgt. Wenn man daher am folgenden Tag das Diktierte einfordert, kann er sich an nichts erinnern, weil alles durch die Ohren hindurchgegauscht ist.¹⁸

Da kommt für den Lehrer die wiederkehrende Mühe zurück.¹⁹ Er setzt zur alten Leier an und wiederholt nicht nur einmal, solange bis an dem Holzkopf²⁰ das eine oder das andere Wort hängenbleibt. Wer hat ein so dickes Fell,²¹ dass er sich nicht ärgert, so viel Mühe zu vergeuden, zumal mittlerweile auch gesundheitliche Einbußen hingenommen werden müssen? Denn die Körperkraft wird aufgerieben und aufgezehrt, nicht nur durch die Anstrengung beim Reden, sondern auch durch die Sorge und den Kummer,²² den die Unwürdigkeit der Tätigkeit mit sich bringt, weil der Eifer der Jungen in keinem Verhältnis zu unserem gewissen-